

-1132. 798 Nos Universitas Paclatorum, Baronum, Magnatum
et Nobilium Comitatus de Zabolch, memoratae, comenda-
mus tenore praesentium significantes quibus expedit
Universis Quod cum nos Anno, Mense, Die Lovov
datarum praesentium pro pertractandis per arduis
altissimum huius Majestatis Sacratissimae, Domini
Romani nostri Clementissimi servitium, publicam-
que Comitatus nostri permansionem tangentibus
et Concurrantibus rebus, atque negotiis Confluisse-
mus, et in Generali Congregatione nostra una si-
mul fuisset Constituti, et praesentes. Eorum
Egregii Gabriel in oppido Flaydonicali Nanas, et Ni-
colaus, uterque Nemes, in Libera Regiaque Cirta-
te Debrecxinensi degentes, alter item Gabriel pariter
Nemes Helveticae Confessionis addictorum Evan-
gelicorum in Possessione Cör, Comitatus huius
nostri ingremiata residentium Verbi Divini Mi-
nister, Nominibus etiam filiorum suorum, et
quidem Gabriel Nanasiensis Gabrielis, Nicolaus
vero Debrecxinensis Gabrielis, Nicolai, et Josephi,
Gabriel denique Cöriensis Josephi, Samuelis,
Moysis, Sigismundi, Gabrielis, et Stephani omnium
omnino Nemes petierint nos debita cum Instan-
tia humilime, quatenus nos authenticas sibi,
super vera, et indubia eorundem nobilitate,
Litteras nostras Testimoniales extradare velle-
mus, ad dignaremur. Cum autem justa peten-
tibus non esset denegandus assensus, sed et ali-
oquin antelati Supplicantes in Causa Fiscii no-
stri Magistratualis, contra eosdem Supplican-
tes ad Legitimationem nobilitatis illorum Co-
ram Sede nostra Iudiciaria promotam, et termi-
nata, pro fundamento nobilitatis suae Beni-
gnas Gloriosae Reminiscentiae Romanorum
Imperatoris, et Hungariae Regis Ferdinandi Tertii,
pro Blasio Nemes et per eum Andrea Filio, huiusque
Filios, Andrea item, et Georgio pariter Nemes Die
vigesima quinta Mensis Julii Anno Millesimo Sexcen-


tesimo Quingvagesimo primo Clementer concessas, et
elargitas, ac Anno Millesimo Sexcentesimo Quingvage-
simo Secundo feria proxima, ante festum exaltatio-
nis Sanctae Crucis in Cottu haec publicatas Litteras
Armales exhibuissent, ac ultro Gabrielem, qui-
dem Nandasiensem Andreae, Nicolaum vero Debrecsi-
nensem Gabrielis Fratrum Carnalium, et uterinorum
Filios fuisse, eosdemque Andream, et Gabrielem
ex Gregorio, Filio Andreae. terminalibus inserti,
Filii Andreae, Filii Blasii Nemes Armales
Impetratoris natos esse, Passioribus trium
Festorum primi octoginta unius, secundi octo-
ginta, Tertii octoginta quinque aetatis annorum
Consuetate, modalitate authenticatis, evicissent,
praedictum vero Gabrielem Nemes Eöriensem, fi-
lium fuisse Michaelis, Filii Georgii. terminalibus
inserti, filii praefati Senioris Andreae Filii
saepedicti Blasii Nemes Armales Littera-
rum Impetratoris Passioribus duorum Festorum,
primi quidem octoginta duo, Secundi, autem
Septuaginta trium, aetatis annorum suo mo-
do authenticatis comprobassent, usum porro
nobilitatis ultra memoriam humanam, im-
perturbate ad praesentia usque tempora exer-
citum, retentionem item. Porrimis et Conserva-
tionem Armales Sufficenter edocuissent, et
ex eo superatis difficultatibus per Fiscum no-
strum Magistratualem positis per Sedem nostram
Judiciariam, factaque superinde nobis relati-
one, per nos, quoque pro, veris, et indubitatis No-
bilibus recogniti extitissent. Idcirco nos iusta
Antelatorum Supplicantium petitione, exaudita,
pariter, et admissa, antelatos Supplices, in nu-
merum, verorum, et indubitatorum Comitatus
nostri Nobilium, adscribendos, adnumerandos, et
cooptandos duximus, praesentesque nostras futura
Jurium eorundem pro Cautela, necessarias, authen-
tici sigilli, munimine, roboratas, Super vera, et indu-
bia, eorundem Nobilitate, extradamus, et concedimus

Litteras Testimoniales, Communi Tradente iustitia.
Datum ex Generali Congregatione nostra, Die pri-
ma Decembris Anno Millesimo Septingentesimo
Nonagesimo quarto in oppido N. Kálló Celebrata.
L. I. Lectum et Extradatum per me Juratum Ante-
lati J. Cottus de Szabolch Notar. Ludovicum Csovath
m. p. Josephus Kiraly de Szathmar ord. V. Comes m. p.
Ludislaus Elek de Pazony Tabulae Judiciae Assessor
m. p. Daniel Bördögh de Lászlófalva Tabulae Judi-
ciariae Assessor m. p. Ludovicus Geneszy de eadem
m. p. ord. Judicum Adam Szunyogi V. Judicum
m. p. Antonius Erdödy de Diószeg ord. Jurassor m. p.
Collatum cum Originali concernentibus Partibus
restituto Bereghvársini 22^o Aug. 798. Per Jur. Vice No-
tar. Nicolaum Kutru m. p.



Hogy ex a kettősfél oldala terjedő másolat
a Beregvármegye levéltárában jelenleg Nobili-
taria 1678 szám alatt őrzött iratok között elfekvő
hivatalos másolattal számjegy és betű szerint
meg egyezik, arról igazolom, hogy a levéltári
másolati példány külsőten is 1132 - 798 szám-
jelűs, és alatta H^o jelűs szerepel. Kelt Be-
regvárszabán, Exerkilencszáztizenegyedik
évi május hó második napján.




vm. levéltárnos